

230 *Ottonis Tachenij*
sumunt, malumque tollunt: hanc
acidi assumptionem, pro vulgi
captu, refrigerare vocamus,
quatenus caloris causam morti-
ficat.



*Acidum in flamma probare
pergit.*

C A P V T X X V I I .

*Corallorum
Tinctura.*

Aperito igne reuerbera co-
rallos integros, ex. gr. vn-
cias duodecim per sex dies & no-
ctes, (perito inferuit ignis pro di-
stillatione spiritus vitrioli) & re-
peries vncias 15. id est, tribus
vncijs auctos, & in puluerem
conuersos subtilissimum. Hoc
augmentum nihil aliud est, nisi
acidum ex flamma, quod coral-
lia dissoluit, & cum ipsis coagu-
latur & fixatur, acidorum more
in salsum. Huic salso cum affu-
deris acetum distillatum, non
emittit bullas, ut alias contin-

git ; in corallis non reuerberatis
acido nimitum sunt saturati , hos-
que dissoluit in pellucidum , se-
niacidum liquorem , qui licet
pellucidus sit , & sine colore , la-
tentem tamen habet sanguineam
rubedinem , quam spiritus vitrioli
affusio , in momento manife-
stam reddit . Hanc rubedinem
non introduxit , neque acetum ,
ut neque spiritus vitrioli ; alias
semper rubesceret mixtura , quan-
do magisterium ex corallis vul-
gari modo præparatur . Oportet
ergo mechanicâ necessitate hanc
rubedinem in corallis clam lati-
tasse , & ignis auxilio ad matuti-
tatem usque productam fuisse ;
de quo nunc plura dicere lubens
superfedeo : satis est quod
ostenderim contra Reformatoris
somniatam doctrinam , acidum
non destruxisse hoc salsum , &
corallorum tinturam in igne
constantem permanisse , quam
porro ingenio separabis , & se
ipsa laudabit .

Sic , Antimonij regulum in ^{Antimonij}
~~sup~~ fixatur a-
y ij

Tinctura
hoc est Re-
ctor vel
Archeus ,
qui cum
corallorum
vita pari
passu am-
bulat , mag-
narum vi-
rium , mori-
noscens , ne-
que in igne ,
ut in u no
ostendit .

*sido, ex
igne.*

flores eleuatum, Ex. gr. vncias 12. mitte, in aream vitratorum fornacis, in idoneo terreo vase largo, benè cooperto, ne incidunt volitantes cineres, & remotè ab oculo, ubi flamma fluctuat, ne scilicet liquetur; sic stet per 8. dies, post vasculum appropera oculo vicinius, quinto quoquo die, parum usque ad quinquagesimum circiter, tunc reperies flores reguli, in puluerem rarum, leuem, & candidissimum fixatos, & duabus vncijs auctos, ex acido ab igne hauustum, quod terreum vas, sine laesione, spirituum more penetravit. Hic regulus pridem leni igne fundebatur, nunc (antimoniali) fusioni resistit, nisi flantibus follibus urgeatur, tunc spiritus acidi ex igne ad elementa redeunt; & reguli inuenies vncias 12. ut etiam de plumbō ostendi.

Similiter pertracta antimoniū crudum, & dimittet volatiles acidos spiritus, aliosque

fixiores ab igne induit, vertiturque in candidum puluerem, antimonio diaphoretico similem, in medicina quidem maioris facultatis, quam illud quod cum nitro comburitur. Ratio est, quod hic, non tantum sulphuris cum nitro deflagrat, sed fixatur à proprio regulo, hic vero ab igne: Quod hæc mechanica docet. Coque antimonium, quod cum tribus nitri partibus commixtum, ac per vices accensum & calcinatum sit, in aqua simplici: in illa ebullitione, nitrum à sulphure (antimonij in alcali combustum) dissoluit sulphur antimonij iam fixum, (quemadmodum alcali tartari bulliens, soluit sulphur commune pro lacte, & ut habet Crollius) huic solutioni, calidè filtrato, insperge acetum (& senties sulphuris odorem) quod statim ab alcali combibitur, & sulphur cadit, in album, ramum, leuem & spongiosum pulvriculum, hunc ablue. Cuius drachma cum aceto in peste

*alacex sul-
phure anti-
monij mag-
narum vi-
rium est.*

a Antimo-
nium fixum
antipestilen-
tiale.

a exhibitus , maioris est valoris .
quām vncia non cocti & soluti :
hinc liquet , quod sulphur anti-
monij , quod alias cum nitro de-
flagrat , fixatur à proprio regu-
lo , hic autem ab igne , in vasculo
suprà nominato adeoque perfe-
ctior erit .

In ignis flamma itaque est aci-
ditas , quam sicut plumbum ,
corallia & antimonium com-
bibere ostendi , sic etiam ipsum
ferrum ; quod cum hoc & reli-
quis acidis omnibus , cum igne
in rubiginem vertitur ; adeoque
nulla est differentia , inter cro-
cum martis qui fit , vel cum ma-
nifestè vel occultè acidis , vel
ambo sunt constrictiui , vel ape-
ritiui .

Crocus
Martis.

